

1  
2  
23  
20  
21  
20  
2



1730.

23. Ludovici, Carolus Guentherus: Demonstrationes metaphysicae contra Monades nudes Leibnizianas nec non simplicia elementaria Wolffiana.
24. Ludovici, Carolus Guentherus: Dissertatione philosophandi in genere..
25. Miller, Jo. Petrus: Dissertationes veterum in bellis
26. Schylus, Joannes Mauricus: Vindictarum Theophrasti praeparatio.
27. Petermann, Augustus Gullieb: De valore praeforum, quibus praeparantur contractus..
28. Rivinus, Andrus Florus: De subtilis patereis. Programma, quo ad thesimum juris controversi secundum ord. pauid. disputationes publicas invitatur
29. Rivinus, Andrus Florus: De retentione usus fructus ejusque effectus.



1730

30. Rivinus, Joannes Florens : P. U. S. P. A. : Programma,  
quo ad Disputationes publicas . . . invitatur.
31. Rivinus, Jo. Florens : De pactis successoriis
32. Romanus, Franciscus Guilielmus : De perraras pene  
ad Treveres.
33. Scherzerus, Jo. Adamus, fac. jur. procancelarius :  
De successione fideicommissorum. Programma, quo disputa-  
tionem inaug. Caroli Rudolphi Graefi indicatur.
34. Selen, Jan. Henricus, a : De modis finiendi superius  
vilitatem territorialem.
35. Steger, Adrianus : De juramenti perhorrescentiae usu  
practico in foro Provinciali Electoralis
- 36<sup>a</sup> =<sub>2</sub> Stuebner, Fredericus Vilhelmus : De burzgrafatus  
Norimbergensi

1730

37. Waltherus, Antonius Balthasar: De valida per  
lectes injuratos probationes.

boled

ta-

erid

usu

tu



P. 536.





58<sup>u.</sup>

8

1730, 30

9

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IOANNES FLORENS  
RIVINVS,

PAND. P.P.



ELECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IOANNES FLORENS

RIVINVS

PANDE



Q. D. B. V.

**Q**vae inter virum et vxorem donationis causa geruntur, iam ex Solonis legibus nullius momenti existimata sunt, ne venalia essent matrimonia et concordia pretio conciliari videretur, aut coniuges mutuo amore inuicem spoliarentur, donationibus non temperantes, sed profusa facilitate, cum amor honestus solis animis, *L. 3. §. 10. ff. de donat. int. vir. et vx.* et idoneus coniux quis non tam patrimonio quam fide coniugali aestimari debeat, *L. 1. L. 2. cod. L. 112. in fin. ff. de V. O.* Antequam vero nuptiae, consortium omnis vitae, diuini et humani iuris communicatio *L. 1. ff. de Ritu Nupt.* consummatae, mulierque vt socia fortunarum omnium et sacrorum suscipitur *L. 4. C. de crim. expil. haered.* antiquoque ritu in domum mariti deducitur, actus liberalitatis ab vtroque desponsatorum valide exercentur, valetque donatio inter sponsum et sponsam, *L. 12. ff. de publ. in rem act.* Igitur, cum dicimus inter sponsum et sponsam donationem valere, propria donationis appellatione vtimur, et factum demonstramus quod ab eo proficiscitur, qui liberalitatis gratia aliquid dat, vt confestim faciat accipientis, nec vnquam illo facto ad se reuerti velit, *L. 1. §. 1. ff. de donat.* atque illa permissio legis seu donatio ante nuptias inter eos qui coituri sunt, adeoque inter maritum futurum et destinatam vxorem *L. 7. §. 1. ff. de I. dor.* iure consistit, etiamsi eodem die ad eundem transiret, dummodo priusquam aqua et igne accipiatur, id est nuptiae celebrentur, fiat. *L. 27. ff. de don. int. vir et vx.* Inno sponfus qui annulum alienum muneri misit, vel pronubum in actu desponsationis dedit, et post nuptias pro eo suum dat, hoc facto priorem donationem confirmare videtur, non nouam inchoare per *L. 36. §. 1. ff. cod. ita, vt dona oblata nequidem diuortio facto repeti*  
pos-

possint. *L. 66. §. 1. eod.* Eo enim decursum ut sponsalitia largitas specialis sit contractus nec insinuationem desideret *auth. eo decursum C. de donat. ante nupt.* neque restitutionis beneficium contra eam detur liberalitatem per *L. 1. C. si aduersus don. et L. vn. C. Greg. si aduersus don. sponsis factas.* apud *Ant. Schulting. Iurispr. anteiust. p. 688.* Sed quod si nuptiae non secuta e, sed fortasse ante has sponsum vel sponsam mori contigerit, an retinebit superstes pars arrhas sponsaliorum nomine datas? Equidem *Imperator Constantinus in L. 16. C. de donat. ante nupt.* quae est *L. 5. C. Th. eod.* interueniente osculo dimidiam partem rerum donatarum ad uiuentem, dimidiam ad defuncti vel defunctae haeredes pertinere, ut sic donatio stare pro parte dimidia et resolui pro parte dimidia uideatur: osculo uero non interueniente siue sponsum siue sponsa obierit, totam infirmari donationem et donatori sponso vel haeredibus eius restitui uoluit. Sed neglecta inani illa osculorum religione, cum non satis sit: *Maritum osculo putari.* ut ait *QVINCTILIAN. Declam. 279.* et uel ipso annulo pronubo, qui *ISIDORO L. 3. de offic.* teste: Sponsae a sponso propter mutuae dilectionis signum, uel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda iungantur, dabatur, atque ideo quarto digito, quia in eo uena quaedam sanguinis ad cor usque peruenire credebatur, inferebatur, ut praeter eundem obseruat *GELLIUS L. X. c. 10.* plus iuris inuicem consecuti uideantur desponsati, ideoque osculum nullum decisioni huic momentum afferre debeat, post *Imp. Dioclet. et Maxim.* affirmare non dubitamus, si quod possessionis et donationis iure in personam desponsatam ante nuptias collatum, factum sponsi, qui diem suum obiit, iuri relictae sponsae officere non posse. *L. 13. C. de don. inter uir. et ux.* Eodem modo *iiidem Imp. in L. 11. C. de don. ante nupt.* A. A. et C. C. Neae rescripserunt: Si tibi res proprias liberalitatis causa sponsum tuum tradidit, eo quod ab hostibus poss-

ca

ea interfectus est, irrita donatio fieri non potest. Hinc  
in *L. 13. eod.* creditoribus mariti, ad res istas donationis gra-  
tia in sponsam collatas, si non prius obligatas eas sibi pro-  
bent, denegarunt actionem. Igitur merito res donatae iu-  
re proprio, nempe donationis, quae licentia desponsatis in  
vniuersum data in *L. 20. C. de don. ante nupt.* pertinebunt ad  
sponsam relictam. Insuper morte secuta nouam quasi validi-  
tatem roburque accipit actus antea iam validus, quippe quae  
etiam inter coniuges donationes ratas firmasque efficit. Qua  
in parte sponsa profecto deterioris conditionis esse nequit,  
quam vidua, vel quaeuis persona alia extranea, in quam actus  
liberalitatis licite exercetur, cum potius munuscula illa in  
symbolum tesseramque fauoris et amoris dari accipique so-  
leant, et sicut in *L. 9. ff. de don. inter vir. et vx.* donationes in-  
ter coniuges receptae dicuntur; addita ratione in subsequen-  
ti *L. 10.* quia in hoc tempus, excurrit donationis euentus,  
quo vir et vxor esse desinunt; ita eodem modo donatio-  
nes inter desponsatos valere debent, quia in hoc tempus do-  
natio fit, quo vir et vxor esse nondum incipiunt. Nec offi-  
cit *L. 4. C. de don. ante nupt.* haec enim conditionem suspen-  
siuam continet, et dominii translationem, in tempus matri-  
monii consummati reiecit, vbi non respicitur tempus pro-  
missionis, sed executionis, quando nempe coniuges efficiun-  
tur, quo facto lex prohibitiua statim impedimento est. Pa-  
riter in *L. 3. C. de sponsal.* arrhae sponsaliorum nomine datae  
restituendae necessitas iniungitur, si interim sponsus vel spon-  
sa decesserit, sed si defuncta pars, causam, vt nuptiae non ce-  
lebrarentur praebuerit, quaeuis accepta parti relictae adiu-  
dicantur, cum qua conuenit sanctio Constantini in *L. 15.  
C. de donat. ante nupt.* quae sponso eiusque haeredibus,  
si sponsa causam non contrahendi matrimonii praebue-  
rit, conditionem aut vtilem actionem in rem ad res

donatas repetendas tribuit. Denique frustra praesidium con-  
trariae sententiae in conditione quae ob causam datam sed  
non secutam, in iure nostro prodita est, quaeri solet: Impp.  
enim ante laudati, *Diocletianus, et Maximianus* summa con-  
stantia in *L. 7. C. de condit. ob caus. dat* rescripserunt: Si  
„ quod donabas, nullam repetendi addidisti conditionem, re-  
„ manet integra donatio, cum leuitati, perfectam donatio-  
„ nem reuocare cupientium iure occuratur. „ et ne vllam  
dubitandi rationem relinquerent, in subsequenti *L. 8. de do-*  
natione in sponsam collata disponunt, quod ea, quae titulo  
liberalitatis in sponsam collata, non aliter repeti queant, quam  
si certam dixerit legem conditionemque adiecerit, et sponsa  
huic cum posset non paruerit. Quo ipso vero sponsa quae  
ad consummationem matrimonii parata fuit, morte vero  
sponsi praeuenta atque impedita a restitutionis onere prorsus  
immunis tutaque pronunciat. Casus nouissime in Consisto-  
rio Lipsiensi in causa I. C. M. patris sponsi, aduersus. M. H.  
sponsae paulo post obitum sponsi etiam defunctae, patrem,  
ventilatus est. Ab initio quidem die 19. Nou. anni 1729. de-  
cretum huius tenoris publicatum: **Daß Klägers Suchen,**  
**wegen Zurückforderung derer zum theil bona fide consu-**  
**mirten Sachen, welche sein Sohn der beklagten Tochter**  
**als seiner Braut zum Wahl Schatz und sonst geschendet,**  
**und übergeben, da diese reciproce geschene Schenkung,**  
**durch des Bräutigams zuerst und hernach der Braut er-**  
**folgten Tod bekräftiget, und durch diesen, nicht aber ein**  
**ungebührliches factum derer beklagten Tochter die Ehe-**  
**Bollziehung hintertrieben worden, nicht statt hat. At post-**  
**ea interposita ab actore Leuteratione illud mutarunt per sen-**  
**tentiam quae die 11. Mart. 1730. lata, hisque concepta verbis:**  
**Nummehro aus denen Acten soviel zu befinden daß Klä-**  
**ger mit seinem Suchen wegen Zurückforderung derer Sa-**  
**chen, welche sein Beklagten Principalen Tochter als seiner**  
**Braut**

Braut zum Mahl-Schätze und sonst geschenket und übergeben weilen er der hierunter intendirten conditionis causa data causa non secuta halber die Verordnung derer allgemeinen Kaiserlichen Rechte, welchen die Sachsen-Rechte disfalls nicht widersprechen, vor sich anzuziehen hat, nicht abzuweisen, sondern Beklagten Principalem sowohl den von vorermeldeten ihren Sohne I. C. M. den bey der Antwort auf die Klage beschriebnen Geständnisse nach ihrer Tochter V. E. am Verlöbniß-Tage zum Mahl-Schätze verehrten und gegebenen Ring mit 7. Diamanten, wie nicht weniger, nach Anleitung insonderheit L. 16. C. de don. ante nupt. die Hälfte derer bey und nach der Verlobung in Hoffnung der künftigen Ehe derselben verehrten und gegebenen Sachen anbaaren Geldern, Kleidern und Galanterien, jedoch diese Sachen anders nicht, als was davon bey der Tochter erfolgtem Ableben annoch in natura vorhanden gewesen, welches sie vermittelst Eydes anzuzeigen haben, und also auch das von ihnen der Tochter mit in den Sarg gegebene Braut-Kleid, Kläger hingegen aber auch dieser jenen seinen Mahlschatz, daferne er dergleichen von der Braut erhalten, nebst der Hälfte derer von dieser dem verstorbenen Sohne, als Bräutigam, geschenkten Sachen und zwar ebenfalls vermittelst einer eydlichen Specification zurück zu geben und auszuantworten schuldig. *V. N. W. Sed adhuc sub Iudice Supremo lis est, reus enim ad Potentissimum prouocauit, eiusque clementiam consulendam esse credidit, qui fortasse iuxta L. 5. C. de bonis quae liber. in potest. patr. constit. quae rescriptum Imperat. Leon. et Anthem. in terminis propemodum terminantibus, vt dici solet, continet, diuersis legibus ex vtraque parte prolatis, sponsalitiā largitatem quam sponsus suam sponsam lucrari voluit, non acquiri patri, sed ad sponsae defunctae germanum peruenire benignius esse iudicabit. Haec praemittenda censui, dum indicendae sunt vteriores ad*

Schoepf-

Schaefferi Synopsis Juris Priv. Rom. Germ. Forensis secundum Pandectas Disputationes publicae; Sunt nempe  
DN. IOHANNES CHRISTIANVS STEINBRVCK, Halberstad.

DN. IOHANNES GODOFREDVS SVNDER, Lipsiensis.

DN. GOTTLOB SIGISMVNDVS HOMLIVS, Freib. Misn.

DN. IOHANNES HENRICVS OELZEN, Querfurth-Saxo.

DN. GEORGIVS HAVCKE, Groswaltersd. Misn.

DN. IOHANNES GOTTLOB RICHTER, Welfa-Lusat.

DN. FRIEDLIEB SIGISMVND. SCHLEGEL, Waldheim. Misn.

DN. IOHANNES GOTTLOB OSWALD, Budiss. Lusat.

DN. HENRICVS MICHAEL WOHLRABE, Beichling. Thuring.

Qui meo sub Praesidio, novem alios Pandectarum Libros a Libro XIV. qui prior erit, ad XXII. usque numerandos, proposito ad disceptandum singulis vicibus integro Libro, Respondendo et opponendo, Diebus Saturni, horis antemeridianis X. ad XII. examinabunt atque repetent. Ad quae certamina Generosissimorum atque Nobilissimorum Iurium Cultorum frequentem praesentiam, qua decet humanitate efflagito. Dab. Lipsiae Dom. XVI. P. F. Trinit.


MDCCLXXX.

LIPSAE,

LITERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMIL








ULB Halle 3  
003 074 420



Sb.

VA 18







LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IOANNES FLORENS  
RIVINVS,

PAND. P.P.

58<sup>u</sup>  
8  
1730,30  
9

